



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Codex traditionvm Corbeiensivm**

**Falcke, Johann Friedrich**

**Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752**

§. 261. De manso et mancipiis traditis in Laarun in pago Westfalon.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36114**



§. 261.

**T**radidit buccu mansum unum in *laarun* (v) et habet mancipia latof hof anno marclif gerlif ricuini adaluini affuui reduui ansmof hrod-burg fassin. isti uero sunt qui medietatem operif facere debent liudraduf thiadraduf.

§. 262.

(v) *Laarun* villa fuit in pago *Westfalon*, vti asserit Saracho abbas in Registro nostro, De villa sæpissime excitato. Intelligimus vero denotari per pagum *Westfalon* pagum *Laarun* specialem *Westfalon*, quem in ducatu *Westfaliæ* existitiæ docuimus supra §. in pago *Westfalon*. 178. atque in eo quoque deprehendimus vicum *Laar*, in quo liberi Barones de *Westfalon*, vasalli *Corbeiensis*, prædium habent, de quo in *clientela Corbeiensis* pluribus. An *Buccu*, qui in villa *Laarun* hæc bona tradidit ecclesiæ *Corbeiensis*, sit *Burcardus*, qui anno 865 comes fuit in pago contiguo *Dreini*, id in medio relinquimus. *Buccu* seu *Bucco* sane deminutium est ex *Burcardo*, id quod sinceri antiquitarum Germanicarum perferutores non dubitabunt. Quod si vero hæc coniectura ad palatum tuum non est, tamen *Bucco* noster illius *Burcardi* comitis filius videri potest fuisse. Quemadmodum autem ideo cum nemine in arenam descendere volumus, ita non possumus non indicare memorabilem differentiam, quam iam obseruamus inter hunc et sequentes paragraphos, atque inter paragraphos antecedentes. Testes enim, qui in antecedentibus adducti, in hoc et sequentibus paragraphis omituntur. Fortassis id factum est, mortuo *Adalgario* *Corbeiensis* abbate. Videtur eiusdem successor putauisse, satis id esse, si tantum traditores et res traditæ annotarentur. Cum ergo *Adalgarius* abbas mortuus sit non anno 909, vti *Letznerus* cum *Gigante* perhibet, neque anno 869, vti *Stangefolius* pronunciauit, sed anno 877, vti *Chronicon* nostrum *MSctum* et coætaneum refert, arbitramur et nos, hanc ac sequentes traditiones fuisse defuncto *Adalgario* scriptas. Ne ergo vllius abbatis *Corbeiensis* obliuiscamur, liceat nobis, in sequentibus ad marginem *Thancmarum* abbatem annotare, qui

Ppp 2

quam-